




bus nos-tris; qui-a non est a-
li-us qui pu-gnet pro no-bis, ni-si
tu, De-us nos-ter. 2 ton.

℣. Fiat pax in virtute tuâ.

℞. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut, et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublatâ formidine, tempora sint tuâ protectione tranquilla. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. ℞. Amen.

℣. Dominus vobiscum.

℞. Et cum Spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino.

℞. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

℞. Amen.

Ant.

B 3